



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

LIII. Vtrùm liceat nutu confiteri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

prete profers. Atqui licet Confessio, si publicè fiat, etiam sit vera & legitima: attamen necessarium non est, ut quis sua scelera in publicum deducat; quia Christus, cuius iugum suaue est, & onus leue, noluit ut peccata nostra periculo infamiae nostrae exponeremus, & nonnunquam mortis, si publicitus essent nota.

Matth. 11.

*Licetne nutu confiteri?**Quaestio*

LIII.

Responsio.

TAm linguæ ignarus, quam mutus, qui de religione Confessionis eruditus est, tenetur meliori, quo potest, modo nutu confiteri. Et ratio est, quia nutus pro vocibus seruiunt; quapropter pari iure, & mutus & loquens ligantur. Dixerim autem meliori modo, quo possit, non quidem quòd teneatur summam diligentiam adhibere exquirendi effingendique nutus, quos Sacerdos intelligat: Sat enim est illam præstare, quæ iudicio prudentum in re graui adhiberi debet. Verùm si quis potest voce intelligibili confiteri, & non confitetur; tametsi Sacramentum consistat, si integrè confiteatur per nutus: peccat tamen & abutitur donis à DEO sibi datis.

*Quònam ritu est facienda**Confessio?**Quaestio*

LV.

Responsio.

Magna cum humilitate fieri Confessio debet, utpote quæ non ipsi tantùm Sacerdoti,